4

Al poco agraciado Sexto.

Dicis amore tui[277] bellas ardere puellas,
Qui[278] faciem sub aqua, Sexte, natantis habes.

5

A Otacilio, que pretendía emular al poderoso Torcuato.

Ad[279] lapidem Torquatus habet praetoria quartum;
ad quartum breve rus emit Otacilius.
Torquatus nitidas vario de marmore thermas
extruxit; cucumam fecit Otacilius .
Disposuit daphnona[280] suo Torquatus in agro,
castaneas centum sevit Otacilius.
Consule Torquato, vici fuit ille magister,
non[281] minor in tanto visus honore sibi.
Grandis[282] ut exiguam bos ranam ruperat olim,
sic, puto, Torquatus rumpet Otacilium.

6

Al enterrador Diaulo, antes médico.

Nuper erat medicus, nunc est vispilio Diaulus:
quod[283] vispilio[284] facit, fecerat et[285] medicus.

7

Al zarandillo Ático.

Declamas belle, causas agis, Attice, belle,
historias bellas, carmina bella facis,
componis belle mimos, epigrammata belle,
bellus grammaticus, bellus es astrologus,
et belle cantas et saltas, Attice, belle,
bellus es arte lyrae, bellus es arte pilae.
Nil[286] bene cum[287] facias, facias tamen omnia belle,
Vis[288] dicam quid sis? Magnus es ardalio.

---

277 **Tui**, pron. pers., *por ti.*
278 **Qui faciem**... Ordenación: **Qui habes, Sexte, faciem natantis sub aqua**.
279 **Ad lapidem quartum**, *cerca de la cuarta piedra miliar.*
280 **Daphnona**, acus. sing..
281 **Non minor in tanto visus honore sibi**, *no considerándose inferior en tan importante cargo.*
282 **Grandis**... Ordenación: **Ut bos grandis ruperat olim ranam exiguam, sic...**
283 **Quod,** pron. relativo, con consiguiente elíptico.
284 **Vispilio** y **medicus**, de la frase siguiente, complementos predicativos.
285 **Et**, *también.*
286 **Nil = nihil**.
287 **Cum**. Para su traduc., ver en Sint. **CUM**, pág. 147.
288 **Vis**, 2ª pers. sing. del pres. de indic. de **volo**. → **Vis dicam**. Para su traduc., ver nota núm. 134, pág. 97.